UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Svccinctam Doctrinarum Asceticarum Svmmam Comprehendens - Quam ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac subsidium

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

§. 4. De Cultu B. Virginis sive Hyperdulia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48214

Visual Library

poſtpoſuiſſe, ut ſignificaret, timorem DEI inſ
per ſapientiam, inſtrui per intellectum, conſil
gi, virtute firmari, cognitione regi, pietate d
2. Ut ſemper cum ſpe prudenti jungatur; id q
Gregorius à DEO illis verbis: Non accipies lo
gnoris molam ſuperiorem & inferiorem: ſignifi
putat, ſic enim loquitur: Spes ad alta ſubvehit,
autem cor inferiùs premit: una mola ſine altera i
ter habetur. Peccatoris ergo in pectore ſemp
bent ſpes & formido conjungi, quia incaſſum
cordiam ſperat, ſi juſtitiam non timeat: & in
metuit, qui non confidit. Hinc Gloſſa in cit.
ait: Qui prædicat Peccatori tantâ diſpenſatione
dicare debet, ut non relictâ ſpe timorem ſubtrah
ſubtractâ ſpe timorem relinquat. 3. Ut pietati
citio fructuoſum & efficacem timorẽ faciat; quali
eſt iſte timor, inquit S. Gregorius, ſi cum eo
non eſt? qui enim miſereri proximo ignorat, qui
pati ejus tribulationibus diſſimulat, hujus timo
omnipotentis DEI oculos nullus eſt, quia non ſub
tur ad pietatem.

§. IV.

De Cultu B. Virginis, ſeu Hyperdulia.

I. Eſt cultus quidam Superior, qui B. V
propter ſingularem ſuam ſupra alios Sanctos exce
tiam debetur; de quo Sequentia Aſcetæ ſunt not
II. Primum eſt, ut bene nôrit *Regulas*, qua
PP. Theologi, & Aſcetæ aſſignare ſolent ad exce
tiam B. Virginis clariùs, ſolidiúſque demonſtrand
quæ quidem ferè ſequentes ſunt. Prima Reg

Q

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quidquid gratiæ aliis Sanctis, vel viris, vel feminis fuit conceſſum (modò ſexui non repugnet) id totum B. Virgini nobiliori & perfectiori modo fuit collatum. Quæ regula clarè tradita eſt à S. Bernardo, dum dixit: *Nihil eſt virtutis, quod ex te non reſplendeat, & quidquid ſinguli habuêre Sancti, tu ſola poſſediſti.* Et conſpirat S. Hieronymus dicens: *Cæteris per partes gratia præſtatur: MARIAE tota ſe infudit gratiæ plenitudo.* Secunda eſt: Omnia, quæ ad ſanctitatem & dignitatem ſpectant, etſi nullum fundamentum aliud habeamus, quàm quòd ſine inconvenientia ei attribui poſſint, magnæ DEI Matri eſſe attribuenda; ita enim meritò ſemper ſenſus communis fidelium ac piorum ſenſit, eò quòd B. Virgo ſit idea liberalitatis & beneficentiæ & communicationis ad extra, quam DEUS puræ creaturæ contulit.

III. Secundum eſt, ut bene cognoſcere ſtudeat fontes, ex quibus excellentia tota Deiparæ Virginis emanavit, quorum quidem quatuor aſſignari poſſunt. 1. *Maternitas DEI*, de qua ſic diſcurrit S. Thomas: *B. Virgo MARIA ex hoc, quòd eſt Mater DEI, habet quandam dignitatem infinitam ex infinito bono, quod eſt DEUS, & ex hac parte non poteſt aliquid fieri melius, ſicut non poteſt aliquid melius eſſe DEO.* Unde & S. Bernardus, *iſta eſt Virginis noſtræ gloria ſingularis*, inquit, *& excellens prærogativa MARIAE, quòd Filium unum eundémque Patre meruit habere communem.* 2. *Martyrium cordis*; quod quidem tantùm fuerat, ut S. Anſelmus dixerit, *quidquid crudelitatis inflictum eſt corporibus Martyrum, leve fuiſſe, aut potiùs nihil comparatione eorum, quæ ipſa eſt paſſa.* Imò S. Bernardo teſte, *tantus fuit ejus dolor, quòd, ſi in omnes*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

creaturas, quæ dolorem pati poſſunt, divideretur, *ſubitò interirent.* Hinc Suarez docet, eam in cœ bere nunc ſpeciale quid præ aureolis Martyrum, ſit veluti inſigne quoddam excellentiſſimæ fo nis & caritatis ejus, ſive dein vocetur aureola, quid eminentius illâ, quod verius eſt. 3. *Mag* *amoris:* tum quia in primo inſtanti ſtatim major licitus ab illa, quàm ullus purus homo aut A elicuit; tum quia nunquam, ne breviſſimo q tempore fuit interruptus; tum quia ſecundùm animæ & corporis potentias fuit elicitus, ita ut ferro ignito non immeritò S. Ildephonſus & alij parent: tum quia ſingulis momentis perfectior (dem, uti Suarez piè & eruditè probat) ſecundù plam proportionem evaſit; unde citatus Auth ducit, eandem Virginem circa finem vitæ unico amoris DEI per unum momentum plus meruiſſe meruerint omnes Sancti & beati Homines & A qui ſunt, erunt, fuerunt, omnibus ſuis actibus ſumptis. Neque hoc adeò mirum videri deb enim B. Catharina Genuenſis tanto in dilectum ſum ſuum amore exarſit, ut dicere auſa ſit, ſi vel hujus amoris guttula in infernum delaberetur, turam illum planè in vitam æternam, tantúmq ibi amorem atque unionem, ut Dæmones in A los, & tormenta in oblectamenta verterentur; non de B. Virginis, in gratia incomparabiliter ea cedentis, amore erit ſentiendum? 4. *Perfectio* *poris & animæ*, quæ quidem utraque tanta fuit, u lus ex puris hominibus unquam ad ſimilem perfe nem pervenerit; cujus rationem dant Theologi, licet alioqui gratia non detur ſecundùm natura

bonorum proportionem, in B. Virgine tamen, ſicut ſumma ei propter maternitatem perfectio debebatur, ita omnino decebat, ut proportionatum gratiæ fundamentum, adeóque perfectiſſima anima corpúſque concederetur.

IV. Tertium eſt, ut ſpecialiter apprehendere ſtudeat fundamentum præcipuum Hyperduliæ, ſcilicet exceſſum gratiæ, quâ omnes Sanctos & Angelos, etiam collectivè acceptos, longiſſimè antecedit; cujus quidem quinque cauſas aſſignant Doctores. 1. Quia propinquiſſima fuit fonti omnium gratiarum, ſcilicet Chriſto, atque adeò plus etiam accepit ab illo. 2. Quia incomparabiliter majori dilectione fuit dilecta à Chriſto, quàm alij Sancti; ita ut S. Hieronymus dicere auſus ſit: ſicut in DEI comparatione nemo bonus, ita & in Matris DEI comparatione nulla creatura invenitur perfecta, quamvis virtutibus innumeris comprobetur. 3. Quia credi debet B. Virginem eſſe per omnia, quantùm fas eſt, ſimillimam Chriſto, atque adeò ſicut in Chriſto fuit plenitudo gratiæ redundantis, ita & eadem in ſanctiſſima Virgine fuerit, cum hoc ſolo diſcrimine, quòd in Chriſto fuerit tanquam in homine perſonaliter definito, in MARIA verò ut in templo ſingulariter conſecrato: in illo tanquam in capite influente, in hac tanquam collo transfundente: in illo tanquam cauſa efficiente, in hac tanquam ſubjecto recipiente. 4. Quia ipſa Nominis Nomenclatura indicat, ſicuti in mari aquarum, ita in ipſa congregationes eſſe gratiarum; & ſicuti omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat; ita in B. Virgine quoque reperiri quidem omnes gratias aliis creaturis conceſſas, ſed ipſam tamen propterea non redundare, id eſt,

nihil

nihil ſupra dignitatem ſuam accepiſſe, ſed om
cundùm ſummam illius dignitatem fuiſſe com
rata. 5. Quia ſumma fuit actuum meritorio
quos gratiam ſuam augebat, intenſio ac mu
cùm, ut ſuprà dictum eſt, in primo ſtatim
actum, omnium Sanctorum actibus collecti
ptis perfectiorem produxerit, & ſingulis in
novum duplo perfectiorem elicuerit, & hoc ex
per ſexaginta tres, vel, ut alij volunt, per ſep
duos annos continuârit. Ex quibus proinde fun
meritò concluſerunt Doctores, & SS. Patres,
Matrem ſicut in gratia & dignitate ac meriti
Sanctos longiſſimè ſuperavit, ita etiam inter
ſuâ plùs ſolam, quàm alios etiam ſimul accepto
re poſſe.

V. Quartum eſt, ut ſolidum & efficacem
doceátque modum colendi hanc ſanctiſſimam
nem, quem quidem nonnemo judicavit optimè
cari poſſe per columnam marmoream à Maxi
Bavariæ Electore olim in ſua Metropoli, medi
quâ, foro Monacenſis urbis erectam, & quinq; p
conſtantem, nimirum 1. Baſi, cui inſiſtit colum
Ipsâ columnâ. 3. Imagine B. Virginis, quæ
columnæ. 4. Clathris ambientibus colum
& quatuor lucernas ſuſtinentibus. 5. Quatu
litibus, qui quatuor clathrorum angulis inſiſtu
draconem pedibus ſubſtratum gladio interimunt
quidem omnia non ineleganter etiam cultui M
accommodari poſſunt. Et 1. quidem per baſin
matio de Virginis excellentia concepta intelligi p
quò enim hæc firmior & amplior fuerit, tantò m
quoque poſſunt eſſe partes reliquæ, quæ eidem

deb

debent. 2. Per columnam *fiducia* intelligi poteſt, quæ meritò rotundam, id eſt, capaciſſimam, & ad omnes neceſſitates noſtras eidem commendandas ſe extendentem, cùm verè ſuo modo de illa dici queat illud ſancti cujuſdam Patris, tantùm ſcilicet per ipſam nos impetraturos, quantùm ſe noſtra in eam fiducia extenderit. 3. Per imaginem intelligi poteſt *imitatio* illius, quæ, quò perfectior fuerit, tantò pulchriorem quiſque columnæ ſuæ imaginem ſuperpoſuit; cujus quidem neceſſitatem breviter S. Bernardus indicavit, dum dixit: Ut impetres orationis ejus ſuffragium, non deſeras converſationis exemplum. 4. Per Lucernas intelligi poteſt *propagatio* cultûs Mariani, per quam & pulchritudo illius ac excellentia manifeſtatur, atque ad debitum illi honorem cultúmque exhibendum alij invitantur; quod quidem quàm gratum Virgini ſit futurum, vel ipſum, quod promittit prœmium apud Eccleſiaſticum, ſatis oſtendit: Qui me elucidant, vitam æternam habebunt. 5. Per milites intelligi poſſunt Cultores Mariani perimentes Draconem Diabolum, qui iratus eſt Mulieri (id eſt, B. Virgini) facítque prælium cum reliquis de ſemine ejus, atque eoſdem à cultu & amore hujus ſanctiſſimæ Matris ſuæ avocare nititur, quemadmodum ſæpiùs oſtendit, dum & faſſus eſt, neminem ſibi magis exoſum eſſe & deteſtabilem, quàm hanc omni veneratione digniſſimam Matrem; & aliquoties Cultoribus ejus libertatem à perſecutione promiſit, ſi ab incepto Mariani cultûs fervore abſiſterent.

***

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN